

Arramen dicit **Bern.** Propter ethyopissā
istam filius eterni regis de longinquo venit:
et ut sibi desponsaret illam: etiā mori p̄ illa
non timuit. **Moses** ethyopissaz durit vro
nem: sed non potuit ethy opisse mutare co-
lorem. **Christus** vero ethyopissaz suā quaz
adamavit: adhuc ignobilez fedam glorio-
sam sibi exhibebit nō habentē maculā neqz
rugam. **Bern.** Unde tibi o humana anima
vide tibi hoc: vñ tibi tam inestimabilis glo-
ria ut eius merearis sponsa esse in quē desi-
derant angeli prospicere. **Unde** tibi hoc ut
ille sit sponsus tu? cui? pulchritudinē sol et lu-
na mirant. **Uis** autoritatibz quibz osten-
sum est animā sponsam christi dici et esse.

Nunc idē rationibz ostendat. **Do-**
mit autē **Bern.** tres ratios quibz liquido pa-
ter anima sponsam esse dicens. **Alia** ideo est
sponsa christi: quia prole virtutū fecundata
Secundo sponsa christi: quia casto illi amore so-
ciata. **Ideo** sponsa christi: quia donis virtu-
tum subarrata. **Primo** dico anima est spō-
sa christi: quia prole virtutum fecundata. a
nullo enī anima poterit fecundari in germē
boni operis nisi a deo. **Unde** dñs dicit per
Isa. Nunquid ego qui alios parere faciam
ipse non pariam. **Nunquid** non ego q̄ alijs
generationē tribuo sterilis ero: quasi dice-
ret. **Non.** Scimus autē omni certo certius:
q̄ femina illius viri est sponsa: a quo fecun-
datur impregnat̄ grauidat̄. **Et** **Secū-**
do anima christi sponsa est: quia casto illi a-
more sociata: amor enī anime nuncq̄ q̄escit
nisi in deo: omnia enī adulterat in nullo sta-
bilis permanens: donec inueniat in quo so-
lo casto amore requiescat. **Unde** sponsa i **Cā-**
ntici. In lectulo quesivit in vico in ciuitate
pauulum cum pertransisset omnia inuenit
quē dilexit anima eius. **Unde** si omnia mū-
di oblectamenta essent vni? anime: nō quie-
sceret amor eius donec inueniret eū qui so-
lum superest deus. **Uñ** **Aug.** Inquietū est
cor meum donec inueniat eū qui solus sup-
erest deus. **Ex** his oibz patet q̄ anima illi? est
sponsa in quo eius dilectio quietatur. **Di-**
cens illud **Canti.** Tenui eū nec dimittam.
Tertio anima ideo dicit̄ spōsa christi: quia
donis virtutū subarrata. **Donā** enī virtutū

nullus dare potuit nisi deus: quas euz vice
arratū dederit: ideo merito erit eius sponsa
hoc enī quod quisqz habet gratie singularis
hoc vnicuiqz erit arra. **His** rationibus ostē-
ditur euidenter q̄ anima dicit̄ necessario
sponsa christi. **Nunc** quod reliquū est serua-
to ordine prosequimur. **Tertio** ergo dicen-
dum est de in nuptijs contingentibz id ē de
sacramento gratiarū: que deo presente i nu-
ptijs contingūt. **Animā** igi nuptialibz ve-
litis preparata: ardoris desiderio tota in-
flammata: tanto ardentius et tota in deū su-
spensa eius aduentū impatientius prestola-
tur quātominius quod impediatur: et retarda-
re: debeat gratiā recognoscit. **Sponsus** itaqz
deus videns sponsam suam tam impatiē-
ti inquietudine ad aduentum eius languere:
re: vltra se continere non poterit: quippe qui
sponsam amplius concupiuit. **Iuxta** illud
Matthæi. Ea mensura qua mēsi fueritis re-
metiet̄ vobis. **Qualem** enī ipsa anima se
parauerit deo: talis necesse est vt occurrat ei
deus. **Ardor** enī anime amor et desiderii ab
ardore amore et desiderio dei venit. **Veniet**
itaqz et ruens in amplexus dicit. **Ecce** assuz
De hoc aduentu et gratiarum multitudine
nulla lingua nulla pagina nulla cogitatio di-
gna poterit aliquid excogitare vel explicare.
Nisi quia dicit̄ in **Deutro.** **Verū** omnium
abundantia perfrueris. **Eribidem.** Ipse ve-
nit plenus bñdictionibus. **Venit** enī ille q̄
in **Ecci.** de se dicit. **In** me est omnis gratia.
Qui ergo deū habuerit omnē gratiam ha-
bet. **De** hoc aduentu dicit **Bern.** **Sic** ē ad-
uentus eius: bñdictiones et diuine salutis
et vniuersę aque de ipso sūt et affluūt delirij.
Et licet nihil dignū de torrente et voluptate
omniū istarū gratiarū dici possit: tres tamē
scintillulas de camino hui? abundantie: bal-
butiendo aliquid loquemur: vt deuoris mē-
tibus de hac gratia demus materiam medi-
tandi. **Et** **Contingunt** enim tria in his
sacratissimis nuptijs: amplexus videlicet
osculū et allocutio. **Veniēs** enim amplectit̄
eam. osculatur eam. et alloquit̄ eam. **Nō** au-
tem hoc ex turpitudine et similitudine tur-
pis amoris accipimus quod nephas eēt fa-
cere. **Sed** oīa hec tria ex testimonio scriptu-

re producamus. Nam de amplexu dicit in Canticis. Leua eius sub capite meo et dextera illius amplexabit me. Quod exponens Gregorius dicit. Quid per leuam nisi p̄ns vita. Quid per dexteram nisi perpetua vita designatur. Quid ergo est: leua eius sub capite meo nisi quia p̄sens vita sub mente ē prostrata: omnia euz paulo arbitrata vt stercoza. Quid est autem dextera illius amplexabitur me: nisi vita beata et gratia diuina et vita eterna circūdant me vndiqz. De hoc amplexu dicit Augustinus. Visitante deo animā meam: subito innouo: et totus immutor et bene mihi incipit eē vltra q̄ dicere sufficiam: iamqz alibi nescio vbi me video: et q̄ si quibusdam amplexibus amoris intus tenor: et ne bui? sponsi amplexibus ingrata appareat: ipsa viceuerſa sponſum amplectitur. Dicens illud Canticozum. Tenui euz nec dimittam. Et subiungens illud Genesis. Non dimittam te nisi b̄ndixeris mihi: et benedixit ei in eodem loco. De hoc amplexu anime dicit Bern. Sanctus amor et sancta ammiratio stuporis: affectiones sūt sancte quibus anima perfecte affecta veluti quibusdam duobus brachijs suis comprehendit amplectitur. stringit. tenet. et ait. Tenui eum nec dimittam. **S**ecundū qd̄ sponſus in his nuptijs exhibet sponse sue: ē osculum sanctum nō quod labijs carnalibus imprimitur: quod aliquando pacē mētatur animozū. Sed hoc osculum est spiritus sanctus: qui vt in libro Sap. dicit. Est vapor virtutis dei: et manatio quedam claritatis dei sincera intinguens animā in dulcedinem virtutis sue. Et hoc osculum credo esse illud centuplum quod saluator promittit relinquentibz omnia. In hoc qd̄ dicit centuplum accipietis. Est nihilominus illa cōsolatio vt estimo quā in Matthe. promittit lugentibus dicens. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Quam consolationem exponit Bern. dicens. Hec consolationem est gustus sapientie licet exiguus. quibus interim benignus dñs refrigerat animam. Exponens gustum illum atqz dicens. Gustus ille nihil aliud est q̄ suauissima delectatio boni. irritamentum desiderij et incen-

tium amoris. **H**oc est autem triplex osculum reconciliationis. dilectionis. salutationis. Osculum reconciliationis sibi homines mutuo exhibent: cum de aliqua inuidia reconciliantur. Osculum dilectionis est quod sincerissima dilectione inter hoies mutuo exhibetur. Salutationis quo hoies a remotis simul conuenientes se mutuo cōsalutant. In omnibz istozum trium virtute hoc sanctum osculum a sponſo deo anime exhibetur. **H**oc enī osculum plena de omnium quozūcūqz retroactis temporibz cōmissozum reconciliatio exhibetur: et cum reconciliatione intinuisima dilectionis sinceritate et supra modū maxima: quod secūdi osculi est proprium anime sancte dat. Cuz quibus duobus scz reconciliatione et dilectione saluat animam peregrinam tanqz a remotis ad se venientē. quod proprie ad tertium osculum pertinebat. De hoc osculo dicitur in Cant. Osculetur me osculo oris sui. Hoc osculum quod sponsa postulat est delicatissima vis amoris. De quo dicit Bern. Excellet in nature donis affectio hec amoris nulla enim exhibitio quā hoies sibi mutuo exhibere poterunt delicatior est osculo amoris. propter quod in osculo petit delicatissimam vim amoris. Hoc triplex osculum in scriptura sacra ponit figuratim. Primum enim osculum quod reconciliationis dicit dedit Esau fratri suo Jacob Genes. xxxij. Currens Esau obuiam fratri suo amplexatus est eum stringensqz collum eius osculatus flevit. Hoc osculo similiter dauid osculatus est Absalon. ij. Re. xij. vbi dicit. Osculatus est dauid Absalon. In quo reconciliatus est patri de occasione Amnon fratris sui. De secūdo osculo scz dilectionis dicit. j. Re. j. Osculantes se alterutrum scz dauid et Ionathas fleuerunt pariter. Dauid autē amplius. Hoc osculo Joseph osculatus est omnes fratres suos. vt dicit Gen. xlv. De tertio osculo scz salutationis dicit Gen. xxx. Complexatus est laban iacob: et in oscula tuens durit in domum suam. Similiter Exo. xvij. Adorauit moyses et osculatus ē Jethro socrum suam venientem ad se. **H**ozūz tū osculozum virtus et gratia datur in osculo

sponsi anime sancte: hoc enim osculo inter
 amplexus accepto: secuta est de peccatorum
 plenissima remissione: quod est de reconcilia-
 tione primi osculi. **I**te secuta est de sincerissi-
 ma eius dilectione quod secundi fuit osculi. **I**te
 secuta est gratia eiusdem osculi de eius affectuosi-
 sima salutatione. **Q**uia sicut **Bern.** Magni
 supra modum amoris indicium est osculum. **N**on
 autem sit hoc osculum: quia spiritualis gratia est:
 non facilius innotescit. **N**eli? enim impressum
 est verbis expressum cognoscit. unde **Bern.**
Ego arbitror neminem facile posse scire quid
 sit osculum: nisi qui accipit. **E**st quippe ma-
 na absconditum: et solus qui edit adhuc eu-
 riet: sicut signatus cui non comunicat alie-
 nus: sed solus qui bibit adhuc sitiet. **N**on er-
 go est cuius hominis ex affectu dicere. **O**scu-
 lum me osculo oris sui. **S**ed si quis ex ore
 dicitur hoc osculum vel semel accepit: hunc pro-
 prium experimentum profecto sollicitat et cogit
 amplius ad petendum. **H**oc ergo osculum lo-
 la et rara perfectio experit. **I**tem oportet
 ergo sponsam christi: ut presumat hoc osculum
 petere: amare caste: amare sancte: amare ar-
 denter ipsum sponsum. **C**aste ut ipsum solum
 et non aliud quicquam ipsius amet: petat vel quod
 car. **S**ancte quia non in concupiscentia carnis
 sed in puritate spiritus. **T**ertio necesse est ut
 amet ardentem: ut ita amore sponsi inebrietur
 ut maiestatem non cogitet. nam si cogitaret
 non presumeret hoc osculum petere veluti ab equo
 li. **Q**uis enim presumeret: ut ab eo qui respicit
 terram et facit eam tremere: osculum postula-
 ret: **E**t licet multi doctores hoc sacrum osculum
 videlicet tanquam absconditum summis labijs
 tangentes transeant. **C**redimus tamen illud oscu-
 lum nihil aliud esse quam spiritum sanctum ad con-
 solationem anime sancte missum. **S**icut enim
 osculanti spiramen se promiscet ut vultus an-
 gelicus iudicetur: sic spiritus sanctus spiritui
 nostro immiscetur fit unus spiritus cum spiri-
 tu nostro. **E**t hoc est quod dicit **Apoc.** **Q**ui
 adheret deo unus spiritus efficitur cum eo: hoc
 intendebat saluator in ultima clausula orati-
 onis sue cum petebat dicens. **E**t ego pater ut
 sint unum in nobis: sicut ego et tu unum sumus.
Hec de osculis summis labijs tacta suffici-
 ant. **Q**ui autem hanc materiam plangere volu-

erit. **C**antica canticorum bene respiciat: que tri-
 plicem deuotionem anime sub nomine oscu-
 lorum penitentium: perfectiorem profectorum distri-
 se pertractat. **A**ssignans nimirum tria loca
 quibus hec oscula offeruntur scilicet pedes manus
 et os.

Sermo XXIII

Ingredere et in-

cludere in medio domus tue et tibi
 loquor ad te **Ezech. iij.** **E**xpe-
 ditus utrumque duobus sacramentis spiritua-
 lium nuptiarum dei et anime. **N**unc superest dice-
 re de tertio scilicet dei ad animam allocutione. **V**e-
 runtamen quia sermo diuinus siue locutio non
 perstrepat auribus corporis: sed aures cor-
 dis cui in silentio verba archana que non li-
 cent homini loqui anime sancte et beate remittuntur:
 que quanto sunt intimiora tanto facilius
 impediuntur per exteriora. **R**ed
 sponsus volens alloqui sponsam suam iubet
 ingredi a strepitu mundanorum: nec solum in-
 gredi sed includere se iubet ut videlicet ingre-
 diatur ab occupatione exteriorum et cum hoc in-
 cludat ab euagatione interiorum: ut videlicet
 ingrediatur per corpus et per spiritum includat.
Quia sicut **Bern.** **P**elicata est diuina consolatio:
 nec datur admittentibus alienam. **Q**ue
 quanto est delicatior tanto facilius impeditur
 necesse est proinde qui ad negocia spiritua-
 lia intus in animo anxietate desiderat: ab ex-
 terioribus se alienet. **P**ropter hec omnia gratia
 diuinitus inspirata non in strepitu popula-
 ri sed in sequestro sanctis hominibus est exhibita
 ut in multis patet testimonijs scripturarum.
Unus **Jacob** rediens de aram in mesopotani-
 am cum uxores et liberos et familia a se eloga-
 ret lucrabat cum angelo usque mane. **S**imi-
 liter **moysi** rubus apparuit: cum ad interiora
 deserti minasset grege. **S**imiliter gloriosa
virgo maria inuenta est ab angelo in conclauis.
Unus **Bern.** **D**ia esto sola ut soli te omnium
 serues quem ex omnibus elegisti: fuge publicum
 fuge domesticos: secede ab amicis. **A**n nescis
 te habere verecundum sponsum qui nequaquam ve-
 lit tibi ceteris presentibus suam presentiam indul-
 gere: propter quod idem dicit. **C**ontemplationis
 oculum silentium amat: quietem cordis desiderat